



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Malharstorf, aliàs Malharzdorf, & Madilhartistorf.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**



*S. Dysibodi monasterium, in d. Moguntina.*

**A**Nno 1108. coeptum est monasterium  
construi in honorem S. Dysibodi.  
Pia namque memoria Burchardus Abbas D.  
Iacobj Moguntia, quem Ruthardus Archie-  
piscopus Ecclesiae S. Dysibodi primum Abba-  
tem praefecerat, II. Kal. Iulij primum funda-  
menti lapidem iussu praefati praesulis posuit.  
ita Dodechinus in Chronico: Vide Serarium  
lib. 5. Rerum Moguntiacarum in Ruthardo  
Archiepiscopo.

1108.

*Malharstorf, aliàs Malharzdorf, & Madil-  
hartstorf.*

**M**onasterium istud fundatur per Hen-  
ricum & Ernestum filium, Comites de  
Kirchperg, anno 1109. Auentinus in Anna-  
libus ita ponit: *Eadem tempestate Henricus &  
filius eius Ernestus Comites à Kirchperg, arcem  
suam Mallerstorf, in inferiori Bauaria prope Laber-  
annem sitam, in templum commutant; Hart-  
vvicus Ratisbonensis Episcopus dicat, sacris D.  
Benedicti inquit, Burchardum Magistrum, id  
est, primum Abbatem legit.* Primò ibi iuxta ca-  
strum, in quo comites illi residebant, aedificata  
est capella in honore S. Burchardi, quae adhuc  
hodie vetus & prima fundatio appellatur, *die  
alt Stiff*, & non tantum pro Abbate & mo-  
nachis, sed etiam pro Priorissa & monialibus

1109.

S. Be-



S. benedicti Ordinis, quæ postea defecerunt, sicque totum castrum in monasterium transiuit. Sunt autem in illa capella S. Burchardi non solum fundatores sepulti, verum etiam sex alij illius familiae; quod testatur vetustus lapis ibi cum hac inscriptione.

*Hic fundatores Comites tumulus capit iste,  
In caelis. Christe, facies tibi proximiores.*

Hoc monasterium fuit per manum liberi hominis Eberhardi Ecclesiae Bambergensi collatum, confirmatumque per Innocentium Pontificem anno 1139.

## CAPVT LXXXI.

*Regni Scotiae monasteria varia.*

**M**ulta olim benedictini Ordinis monasteria in regno Scotiae exstiterunt, multique ex eo regno viri Apostolici in Germaniam superiorem atque inferiorem transmigrarunt: Ut ex Ioanne Molano in Natalibus Sanctorum belgij; ex Vigileo Hundio in Metropoli Salisburgensi, ex Gaspare Bruschio in Chronologia monasteriorum Germaniae, alijsque discere licet.

Inter Scotiae monasteria haec celebria fuerunt, *Dunelmense, Dunfermelinense, Scotense, No-uocastrense* ut alia.

Dunfermilinensem Abbatiam excitauit *Edgarus LXXXIX. Scotiae Rex, & frater eius,*

atque